se opponens, puniatur. Quidam vidit, ascendit, profligavit, reiecit. Obmallatur. ~~Iterum lex dicit~~ Similiter lex erat, in templo Vestae

a) Vestis mare cod

mare[a] non ingredi; ingressus puniretur. E contra lex: qui viderit matri inferre vim, et opem non tulerit, puniatur. Quidam procul means videnque matrem vapulantem, ingressus opem tulit. Obmallatur. Quocirca omnes leges omniaque iura, verba promissionum, sacramenta, ad commodum reipublicae referri oportet; Ea

a) leg. vid. fecerunt.

enim virtute hac sapientia maiores nostri fuerunt.[a] Ergo in hoc quoque iudicio desine litteras legis et illicita perpendere; considera, quid magis utile fuerit: unum hominem iusiurando servare, et caput mundi ruere, an unum verbis excedere et gentem et patriam salvam reddere.[d] Quodsi omnes leges ad commodum reipublicae referri oportet, levius est malum, quam pessimum. Bonum igitur malum, quod pellit pessimum. Amplectendum enim est malum singulare, quo pellitur generale. Siquidem mirum est spectaculum licitumque dicendum non illicitum, immo laudabile et venerabile, ubi malum finitum simplex superat duplex infinitum. Moderandum enim erat tempus. Omnis enim virtus utilis est; moderatio enim virtus est; moderatio igitur utilis est. Unde moderandum erat tempus secundum negotium. Porro si de lege contendis, satis sit dictum, lege legem frangere reipublicae honestate et utilitate. Postremo id quod dictum est, in eodem

f 115'

et licite et iure dividit accidentium in accidentibus dirimit, quia ex eo, quod illi illicitum, reipublicae extitit licitum; et iure.

a) ~~certete~~ cod

¶ Convenio certe[a] (licet), quia illicite esse supra concessisti, quia aeternum ~~con~~firmaverat, quod ex parte utilitati reipublicae partim purgasti,